



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. X. Iesus chlamyde coccinea vestitur, spinis coronatur, nugatoriè  
salutatur, conspuitur & cæditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

DOMINICANIS EXPLICITIO. cundum rigorem iustitiæ satisfacere voluisti.

Inde jam Salvatore nostro tam dire flagellis cæso & cruentato, ut nulla pars in omni illius corpore salva permaneret, essetque corpus ejus non nisi vulnus ubertim promanans, ita ut cunctis esset aspectu horribilis; à columna absolutum, nudum & sanguinem fluentem, circumduxerunt ad quærendum vestes illius; quas, dum eam exuerant, præ ira & malicia per atrium sparserant. Consideremus, quæso, quam miserandum in modum amabilis Iesus illic incederet doloribus plenus, præ frigore tremebundus, & sanguinem manans, adeo ut singula quæque veltigia roseo suo signaret cruore. Alpice nunc, ô anima divino ardens amore, aspice, inquam, intima cum compassione, ut afflictus est dilectus tuus. Ipsa quidè peccati: & Christus atrociter luit pœnas tuas. Ipsa concupiscentiis carnis obsecuta es: & Christus carnem & sanguinem suum pro tuis erratis ac sceleribus tam inhumanis cruciatibus afficienda tradidit.

CAPUT X.

Iesus chlamyde coccineâ vestitur, spinis coronatur, nugatorie salutatur, conspuitur & cæditur.

1. Induitur Dominus coccinea veste, & sermo dines: coronatur, & arundo pro sceptro datur.
2. Spina ista peccata nostra representant.
3. Fuit hæc corona ex juncis marinis, mille aculeatæ spinas habens. Miseranda species Regis no-

stri tali sermo coronati.  
 4. Denuò conspuitur, contunditur, ridicula geniculatione adoratur, caput arundine percussitur.  
 5. Hinc colligat fidelis anima, quanta sit gravitas peccatorum, quæ causam præbuerunt in cruciatibus.

PORRO cum se Dominus post diram illam sui flagellationem, resumptis vestibus, humiliter indueret, consilia inter se egerunt satellites diaboli, dicentes: Seducitor iste Regem se professus est, itaque coronemus eum ut Regem. Moxque tota cohorte in Prætorium coacta, Iesum illuc adduxerunt, ut coram omnibus illis ludibrio & conemptui haberetur, sicque majori pateret confusione. Ubi jam denuò vestes, quas vix bene induerat, multacum ferocitate ei abstraxerunt, vestemque purpuream seu coccineam circumdedere. Deinde coronam è spinis contextam, loco Regii diadematis, sancto illius capiti impresserunt, data ei, sceptri vice, arundine in manum: flexisque genibus irridiculè eum adorabant, dicentes: Ave Rex Judæorum, & dabant ei alapas.

Egredimini & videte filia Sion, verum Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die letitiæ cordis ejus. Verè dilexit nos, & languores nostros ipse portavit. Quæso, cum compassione non vulgari eamus visum, quam horribiles hic pro peccatis nostris cruciatus Filius Dei pertulerit. Alta ex imo pectore tra-

1.  
 Vestis coccineas spinæ coronæ; & de arundine scriptum. Mar. 15. Mat. 27.

Ioan. 18.  
 2.  
 Cant. 3.  
 Spina ista tu representantur peccata nostra. Isa. 52.

DOMI-  
NICAS  
PASSIO-  
NIS  
FLICA-  
TIO.

hamus suspiria, quod nos poena-  
rum istarum causa sumus. Col-  
liquescat pra dolore cor nostru,  
totumq; resolvatur in lacrymas,  
quod Deum Creatorem nostrum  
execrandis sceleribus nostris tam  
dire coronaverimus. Quid enim  
aliud sunt cunctae hae spinae con-  
textae, quam crudelia peccata no-  
stra quae coacervavimus? Sed cor-  
rigamus nos, & jussis benignissi-  
mi Regis nostri posthac obtem-  
peremus.

3.

In capite  
Iesu co-  
rona spi-  
nea ex  
juncis  
marinis  
contexta.

O quis dicendo consequi pos-  
sit, quam impatibili Dominus Ie-  
sus dolore correptus fuerit, cum  
horribilis illa corona spinea tam  
inclementer ei imponeretur? Ut  
enim quidam affirmant, erat ex  
juncis marinis, qui sunt peracuti,  
& rigidi admodum. Et horum  
quidem non parvam connexuere  
copiam, in pilei formam eos redi-  
gentes, ita ut aculei magna ex par-  
te ad caput adjungerentur. Tum-  
que tanta cum violentia & crude-  
litate sacro Christi vertici diram  
hanc coronam appresserunt, ut  
(quemadmodum D. Bernardus  
ait) aculei cerebrum attingerent,  
iplas quoque venas, nervos, & of-  
sa capitis penetrantes: adeo ut  
sanguis illius, sacro permixtus  
cerebro, ubertim per faciem, per  
collum, & per capillos deflueret.  
Expendat hic quisq; secum, qua-  
lis haec poena fuerit. Quid si cui-  
piam ingens aliqua spina in ca-  
put infingeretur, quoniam futurus  
esset animo? Et certe (ut Ansel-  
mus auctor est) Christi veneran-

Spinae  
ipsi cere-  
bro infin-  
dae; de  
quibus  
extant  
Medita-  
tiones S.  
Bernar-  
di, & a-  
liorum.

Mille  
aculei  
spinarum

dum caput vel mille aculeis com-  
punctum est. Imprimamus, oro,  
cordibus nostris miserabile hanc  
Dominile su figuram seu speciem,  
ut numquam inde recedat. Ah!  
quam deformis effectus est pul-  
cherrimus omnium creaturarum!  
En quomodo elegatissima Christi  
facies omni decore & specie desti-  
tuta est: ubi ex verberibus & pla-  
gis nimis (quibus de nocte affe-  
cta fuerat) tumida, unguium la-  
ceratione divulsa, sputis & phleg-  
matibus commixta in ea fluen-  
tibus, jamque concretis turpiter  
defoedata, nec non recentis hujus  
sanguinis (qui cerebro permix-  
tus erat) profluvio irrigata. Ita-  
que tam miseranda erat species  
Salvatoris, ut jam hominis non  
pra se ferret imaginem. Et quis  
posset etiam bruto animali non  
compati, si id ita affectum videret?  
Hinc Dominus ad animam  
in Cantibus ait: *Aperi mihi cor*  
*tuum soror mea, columba mea,*  
*sponsa mea, & tangat illud acer-*  
*bissima passio mea: quia caput meum*  
*plenum est rore, & cinnamini mei gut-*  
*tas nobis, id est peccatorum: ac*  
*si diceret, caput meum totum ma-*  
*det sanguine, idque ob peccata*  
*tua.*

perfora-  
tum ra-  
pui: Chri-  
sti, ubi  
S. Ansel-  
mo.

Tristis-  
sima ima-  
go Christi  
spina re-  
dimitur.

Cant.

Neque tamen immites illi, om-  
ni hac sanguinis effusione satiat,  
nec immani hoc cruciatu & stu-  
penda patientia Christi ad com-  
passionem mori sunt, sed ferox  
eorum animus magis ad mali-  
tiam inflammatus est; ita ut de-  
formem Christi vultum tam mi-  
seran-

4.  
Venias  
da Regis  
nostri sa-  
cerdotis  
nunc cor-  
pore.

**DOMY-  
RICA  
PASSIO-  
NIS XX-  
PLICA-  
TIO.**  
Contun-  
ditur.

Thren. 2  
serandum in modum affectum  
denuò conspuerent cõtunderent-  
que : & quidquid contumeliæ ,  
contemptus , molestiæ , asperna-  
tionis , vilipensionisque diaboli-  
co suo poterant corde concipere ,  
agno mitissimo irrogarent. Iam  
caput agitabant , jam fremebant  
dentibus in eum præ furoris insa-  
nia , ut Propheta ait : quandoqui-  
dem nesciebant quid in eum af-  
flictionis & pœnæ , quidve con-  
tumeliæ conferrent. Semper enim  
sævum cor eorum magis illum  
torquere cupiebat , nec cruenta  
eorum sitis potuit expleri crucia-  
tibus. Hinc genua flectentes , ir-  
ridiculè adorabant eum , dicen-  
tes, *Ave Rex Judæorum.* Quia verò  
Christus omnia hæc mirum in  
modum patienter ferebat , ita ut  
ne semel quidem faciem suam ab  
eorum verberibus & sputis aver-  
teret ; tanto agitabantur furore , ut  
exsistentes è terra , rapta è manu  
ejus arundine , horribiles in cap-  
ute ejus ictus darent , quibus spi-  
narum aculei altius sancto illius  
cerebro infigebantur : aded ut hæc  
pœna etiam cor illius attingeret ,  
pretioso sanguine ubertim per a-  
mabilem faciem atque collum e-  
fluente. Nihilominus sedebat il-  
lic agnus innocens pleno affectu ,  
omnemque hanc profus inhu-  
manam afflictionem & pœnam  
pro nostris fœtidissimis peccatis ,  
ad æterni Patris gloriam patienti-  
tissimè tolerabat.

Ridicule  
adoratur  
Mat 27.

Arundi-  
necaput  
percussit-  
ur.

5.  
Hi orn-

dite , quanta sint peccata veltra ,  
quæ tali castigatione , tam severa  
correctione expiari oportebat.  
Nisi graviter offensus fuisset æ-  
terni Patris animus , numquã Fi-  
lius Dei tanta pateretur. Itaque in  
suum peccator quisque cor des-  
cendat : ibique altis suspiriis &  
acerbis lacrymis se horum imma-  
nium Christi cruciatuum causam  
esse fateatur atque agnoscat. Et  
tu, sancta ac Dei amans anima, vi-  
de ut sponsus tuus purpuream  
coccineamque vestem gestet nu-  
ptialem, in evidens argumentum  
atque signum ineffabilis pietatis,  
& incomprehensibilis charitatis  
suæ. Vide ut in ipso desponsa-  
tionis suæ die, viridem ferat co-  
ronam, rubentibus ornatam ro-  
sis, id est, roseo suo tinctam san-  
guine : hoc ipso significans pium  
se esse ac mansuetum Regem, ve-  
rumque Principem amoris.

ciatus  
docens  
quanta  
sit Deu  
contra  
peccato-  
res ira  
severitas  
justitia.

Cant. 3.

Corona  
Sponsi.

CAPUT XI.

*Jesus gestans coronam spineam , &  
purpureum vestimentum , exhi-  
betur populo spectandus , mortisq;  
adjudicatur à Præsede.*

1. Offenditur Dominus spinis coronatus , sub  
miserrimo schemate populo spectandus.
2. Pilatus hoc facto cupiebat cõpassionem Chri-  
sto conciliare apud Judæos.
3. Sed Judæi immittiores facti , ipsum ad cru-  
cem postulabant. Hinc inastimabili Christi do-  
lor.
4. Pilatus Christum Dominum morti adjudi-  
cat. Injustissima sententia.

Cum satellites diaboli tam in-  
humaniter Jesum tractassent ,  
omnemque in eum virulentam  
P 2 mali-

1.  
Exhibe-  
tur spe-